

ubi ædificia ad fructus percipiendos necessarios ponere, ipsi permissum est; ad ea enim furnus referri nequit, quia ad fructuum perceptorum usum iste pertinet. Nec obst. 31  
 [3] d. l. 13. §. 5. nam eam ex l. 9. pr. d. t. explico; ut lapidicina, creti fodina, arenifodina ad ea pertineant, quæ in fundo nascuntur, ea autem fundi Usufructu constituto rectè comprehenduntur. Hoc tamen ad furnum applicari nequit, quoniam hic non ex ipso fundo provenit, sed tanquam adjunctum ipsi accedit; inter quæ magna est diversitas; ut hinc à diversis nihil concludatur l. 10. C. de Probation. & l. 10. de Donat. inter Vir. & Uxor. Sartum 32  
 tectum tamen servare potest furnum tum per l. 7. C. de Usufr. tum quod in modum boni Patrisf. uti frui debeat per l. 65. pr. ff. eod. & licet impensæ aliàs cum fructibus compensentur l. 48. ff. de R. V. si quid tamen ultra, quàm impendi debeat, hic erogatum est, à proprietario potest repetere, d. l. 7. & ibi Dn. Brunnem. n. 2. Carpz. P. 3. C. 31. D. 9. 33  
 Usufructus species est dotalitium, Uxor enim post mortem mariti certis ejus bonis utitur fruitur Schneidew. 34  
 de Success. vir. & Uxor. n. 13. Carpzov. lib. 6. Respons. 55. n. 4. Struv. Syntag. J. F. c. 14. Apb. 9. quod itaque de Usufructu dictum, hic repeti potest, quæ enim de genere dicuntur, de singulis quoque speciebus dici, necessum est arg. l. 7. §. 10. ff. de Pact. Nec obstant quæ Carpz. P. 3. C. 16. D. 6. n. 6. 35  
 habet, nihil excogitari posse feudo similis, quàm dotalitium, adeò ut quàm plurimum æquiparentur & pro eodem accipiantur; furnum verò ædificandi facultatem dum in feudo Vasallo competere statui, sequi quoque videtur viduæ in dotalio istam potestatem concessam esse, in similibus enim idem debet esse judicium cap. 4. X. de Rescript.